

IN SPIRITUM SANCTUM.

Quantumvis atrocitas (modò abtq; concurrente blasphemiam in Spiritum Gratiae fuerint facta) quia illa omnia per divinam gratiam remissibilia sunt poenitentibus; quamvis impoententibus omnia retineantur.

XXII.

Ex quo fundamento concludimus, nec Saulem, nec Achitophellem, nec Achabum propriè in Spiritum Sanctum peccasse; licet Achab venundatus esset, ut faceret malum; toties etiã admonitus & correptus ab Elia & Michæa Prophetis. 3. Reg. 17. 1. & cap. 18. 18. & 21. 20. deniq; 22. 19. Achitophel verò (dispositã prius domo suã) recordatione nefariorum Absaloni suggestorum consiliorum, & suæ poenæ certus, properavit ad voluntarium scelerosis manibus sibi ipsi inferendum suspendium. 2. Sam. 17. 23. Saul deniq; à DEI Spiritu desertus, & à spiritu malo agitatus, ac propter peccata, sive in peccatis (ut de Zambri Tyranno dicitur) in impoententiã finali mortuus: nisi si Messia tantam fortè cognitionem habuerunt, ut in Spiritum Gratiae volentes simul peccãrunt. Filio DEI conculato, & sanguine sceleris prophanato, quo de non liquet, 1. Samu. 18. 10. 12. & 31. 4. 1. Paralip. 9. 13. 14.

XXIII.

Impoententia enim finalis latius patet, quàm peccatum in Spiritum Sanctum, & est in pluribus, ut videre est vel in his, quibus Evangelium lectum est, qui pereunt, nullum gustum Gratiae habentes, sed in impoententia morientes. 2. Corin. 4. 3. 4. quamvis finalis, adeoq; perpetua impoententia, necessarium consequens sit peccati in Spiritum, tanquam justissima ejus poena: Unde & indurati justo DEI judicio traduntur in sensum, ac mentem reprobam, ne convertantur. 2. Thess. 2. 11.

XIV.

Sic David & Manasses atrocissimè quidem peccãrunt tum in Deum, tum in proximum, ille adulterio plusquàm novimestri, itemque homicidio: factis insuper infestissimis hostium Ammonitis blasphemate DEUM Israëlis; quo nomine Davidi mortuus est infans; ductã etiam adulteriã in uxorem. 2. Sam. 12. 17. 13. Denique quum ex fidentia carnis & superbiã, quamvis monitus, curaret pervicacissimè numerari populum. 2. Sam. 24. 10.

XXV.

Manasses verò perpetrans omnes abominaciones Gentium, Templo
B Idolis